

Decima Quinta Septembris
De S. Melitina Martyre
Marcianopoli in Moesia

73

Bollandi: AA. SS.
Septembris v. IV. 29-30

Sec. II aut III

Ex Fastis graecis et Romano Martyrologio

Martyrologium Romanum S. Melitinae hodie memorat hoc elogio:

Marcianopoli in Thracia sanctae Melitinae martyris, quae sub
Antonino imperatore et Antiocho praeside ad gentiliū fama
semel et iterum ducta, cum idola semper corruerent, suspensa et
laniata, ac demum capite plexa est. ---

Vim quoque non habet, quod Castellanus, in Menologio
Sirloti eadem die mentis

AKAΔHMIA



ΑΘΗΝΩΝ

elogium ex Menologio Basilicani in Melitina transfero,
Melitina martyr, Antonino Romano caesare, ex Marcianopoli
Thraciae urbe fuit.

Cum autem Christum praedicaret, comprehensa ab Antiocho ejusdem
urbis praeside, confessaque se Christianam esse, gravissime caeditur.
Deinde pertracta in idolorum templum, ut immolaret, fuis ad Deum
precibus effecit, ut idola considerent et contererentur.

Ex quo factum est, ut graecorum multi una cum praesidis uxore
in Christum crederent.

Quatre flagris iterum caesa, in carcerem detruditur: deinde
educta, nudataque suspenditur, et in lateribus scalpitur: rursusque
in alterum idolorum fanum, ut sacrificaret, ducta, Deum precatur,
statimque collapsa, idola in frusta conteruntur.

(anecdote)

Quamvis, lata in eam sententia, gladio caput ei amputatum fuit.
Cujus reliquias Acacius quidam pius ac timens Deum translatus, in
insula Lemno condidit. . . .

Cum post resectum caput ipsius preciosum corpus jaceret insepultum,
Acacius quidam Macedo tendens in patriam suam, corpus postularit.
Praeses vero, nihil de illo suspicatus, petenti annuit.
Hic igitur corpus accipiens, ac in loculo recondens, festinavit
in patriam suam.

Verum in mari aegritudine correptus, excessit e vita.

Navis interim ad promontorium Lemni insulae appulsa,
ibidem sanctum Martyris corpus sepultum: ac prope illud martyrum
amator Acacius sepultus est.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ

ΑΘΗΝΩΝ

S. Melitinan martyrem rursus sepulcrum Menaea ad XXIX
Octobris. . . .

Quod de martyris ipsius sub Antonino dicitur, cum plures fuerint
ipsius nominis imperatores seculo II et III, tempus propius non
determinat.

Demum Marcianopolis, quam in Thracia figunt scriptores Fa-
storum laudati, in Moesia locari cum antiquioribus.

